



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

LXIX. Ne Iudaei publicis officiis praeficiantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

218 INNOCENTIVS P. III. CONCILIVM FRIDERICVS II.
IMP.

bere diffugium, statuimus vt tales vtriusque sexus,
in omni Christianorum prouincia, & omni tem-
pore, qualitate habitus publice ab aliis populis dis-
tinguantur, cum etiam per Mosen hoc ipsum le-
gatur eis iniunctum.

Lexit. 19.

Deut. 23.

In diebus autem lamentationis, & dominicæ
passionis, in publicum minime prodeant, eo quod
nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus)
ornati non erubescunt incedere, ac Christianis,
qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes
lamentationis signa prætendunt, illudere non for-
midant.

Illud autem distictissime inhibemus, ne in contu-
meliam Redemptoris profili re aliquatenus præsu-
mant. Et quoniam illius dissimulare non debemus
opprobrium, qui probra nostra deleuit, præcipi-
mus præsumptores huiusmodi per principes sœcu-
lares condignæ animaduersionis adiectione com-
pesci, ne crucifixum pro nobis præsumant aliqua-
tenus blasphemare.

L X I X .

Cum sit nimis absurdum, vt Christi blasphemus in Christianos vim potestatis exerceat, quod super hoc Toletanum Concilium prouide statuit, nos propter transgressorum audaciam * in hoc capi-
tulo innouamus, prohibentes ne Iudæi officiis pu-
blicis præferantur, quoniam sub tali prætextu Chri-
stianis plurimum sunt infesti. Si quis autem offi-
cium eis tale commiserit, per prouinciale Conci-
lium (quod singulis præcipimus annis celebrari)
monitione præmissa, distictione qua conuenit

ANNO
CHRISTI
M D L V

ANNO CHRISTI
1215.
compescatur. Officiali vero huiusmodi , tamdiu Christianorum communio in commerciis & aliis denegetur , donec in usus pauperum Christianorum, secundum prouidentiam dioecesani episcopi, conuertatur quidquid fuerit adeptus a Christianis occasione officii sic suscepti : & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

L X X.

Quidam, sicut accepimus , qui ad sacri vndam baptismatis voluntarii accesserunt , veterem hominem omnino non exuunt, vt nouum perfectius induant, cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem scriptum sit : *Maledictus ho-* Ecclef. 3.
mo qui terram duabus viis ingreditur, & indui vestis Deut. 22. non debeat lino lanaque contexta ; statuimus vt tales per prælatos ecclesiarum ab obseruantia veteris ritus omnimodo compescantur, vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit , salutiferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet , cum minus malum existat viam Domini non agnoscere , quam post agnitam retroire.

E X P E D I T I O

PRO RECUPERANDA TERRA SANCTA.

Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum ardentis desiderio aspirantes , de prudentum virorum consilio , qui plene nouerant circumstantias temporum & locorum , sacro approbante Concilio, diffinimus , vt ita Cruce signati se præparent, quod in Kalendas Iunii
Concil. Tom. 28. Ec iij